



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 21. Liberius in Exilium mittitur. Felix Anti-Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV.

§. XXI.

A. C. 355.

Liberius in Exilium mittitur. Felix
Anti-Papa.

Theod. *ibid.*
Soz. *IV. c. 2.*

Schisma II.

Post duorum dierum lapsum Liberius ab Imperatore vocatur, & in proposito constans, Bereæ in Thracia exulare jubetur. Dum Palatio excesserat Liberius, ei Imperator in vitæ subsidium quingentos nummos aureos, qui ultra quatuor millia librarum gallicarum valebant, misit; Liberius ad eum, qui sibi pecunias attulerat, *Redi, inquit: & redde has pecunias Imperatori, quas melius in militum stipendia expenderit.* Totidem Imperatrix submiserat, rursusque Liberius: *Et has date Imperatori, cui alendis exercitibus sunt necessariae; aut si Imperator his non indigeat, det Auxentio, & Epicteti, qui auro inbiant.* Cum igitur nec ab Imperatore, nec ab Imperatrice quidquam acceptasset, Evnucho Eusebio opes suas abeunti obtulit, cui Liberius: *Tu es ille, qui omnes mundi Ecclesias suis Pastoribus orbasti, & jam elemosinam mihi porrigis, tanquam viro condemnato! habe tibi tua, & si bonus esse cupis, Christianus esse incipe.* Reiecta igitur hac pecunia tertio abhinc die in exilium migravit. Ideo Liberius Evnucho Eusebio suadet, ut Christianus fiat, quia Catholici Arianos pro Christianis

Felix.

Quibusdam
Papa & Mart.

stianis non habebant. Demophilus, notissimus Arianus tunc temporis Bereæ, quo Papa mittebatur, Episcopus erat. Epictetes, cujus hic sæpius mentio redit, erat Neophytus juvenis, ingenio audax, & ad violenta pronus, quem procul a patria sua, & illis, quos regere debebat, ignotum Imperator Episcopum posuerat, nempe Centumcellis in ora maritima Hetruriæ prope Romam. Ejus potissimum usus opera, Constantius alium loco Liberii in Sedem Romanam intrusit. Omnes Clerici juramento se obstrinxerant, Liberio vivo, neminem alium Episcopum recepturos; factio autem Arianorum Felicem, Ecclesiæ Romanæ Archidiaconum, elegit, & quia omnes Ecclesiæ ipsis erant clausæ, eum in Palatio ordinaverunt, tres Evnuchi conventum populi Christiani referebant, tres Episcopi, quorum unus erat Acacius Cæsariensis, imposuerunt ei manus. Felix tamen nunquam non fidem Nicænam professus est, quamvis cum Arianis communicaret. (*)

Sæculum IV. A. C. 355.

Hier. Chron. an. 350. Ath. ibid. Hier. Script. in Acac. Theod. II. c. 17. Sozom. IV. c. 11. Felix Anti-Papa.

Qq 5 §.XXII.

(*) Hic Protestans adjecta Nota de futuro Liberii lapsu triumphat. Homo iste similis est Mutcis, quæ sanas corporis partes relinquunt intactas, & ulceribus insident. Prudentius egisset, si tot errores, quibus versio hæc scatet, relegendo

Felix
Liberius
n propo-
a exulare
rat Libe-
um quin-
ultra qua-
valebant,
sibi pecu-
& redde
melius in
Totidem
que Libe-
cui alien-
aut si Im-
Auxentio,
Cum igi-
Impera-
vnuclus
ulit, cui
es mundi
, & jam
tam viro
si bonus
Reje-
hinc die
erius Ev-
ristianus
o Chri-
stianis